



Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Deipara est mediatrix nostra ad intercedendum, n. 6

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](#)

induxit patrem David ad misericordiam erga filium, & ab exilio renocandum: sic ergo Virgo Maria pro mundo rebelli ipsi Deo, & occisore fratris suis, id est animi sui, propter quod exul est suus, cur à supraemis Ierusalem, ita aduocat, & interpellat; ut Deum Patrem placet, & conuersum ad penitentiam, ad gloriam inducat: unde Bernardus.

Securum acessum habet apud Deum & homo, ubi Mater stat ante Filium; Filius ante Patrem; Mater offendit Filio peccatum, & ubera; Filius offendit Patri latum, & vulnera; ita ergo nulla potest esse repulsa, ubi sunt tot amoris insignia: ad Thronum igitur eius, scilicet Virginem Mariam, in qua quiescat, accedamus cum fiducia (aut Apostolus ad

Hebr. 4. Hebraos) ut misericordiam & gratiam consequamur in tempore oportuno. haec tenus S. Antonius.

Idem cap. 19 §. 2. Sapientia, inquit, aduocati sat, & eloquens manifestatur ex ipsis, scilicet sapientia est, quod obvinea apud iustum, & sapientem iustitia eius dicit. Secundo, contra aduersarium astutum, & eet, quia in sagacem. Tertio, quod in causa desperata. sed Virgo Maria Aduocata nostra obtinuit apud sapientissimum aduersarium diabolum in causa desperata, inveniens Deum, & hominem, in qua nullus hominum, qui eam praecesserant, loqui audiebant, hæc S. Antoninus. Ceterè in hoc Virgo præcepit alijs Aduocatis præcellit, illinamque reuocauimus, cuiusvis conuictum a suppicio, quod mereatur, seruare nequeunt: at sanctissima Virgo nobis peccatoribus criminis nos tenebitibus, & ad ipsam consigntibus veniam impetrat.

Ecccl. 24 merito ergo congruit ei illud Ecc. 24. vt notat Hug. Car. Hugo Gaid. in illum locutus: Ego fessi vi in eti. B. Virgo sis oratur lumen, & sicut nebula test omniem ter. nebula affiram, propter vniuersale patrocinium, quo in milles. stat nebula & omnem terram sua gloria, & præsidio longe, lateq[ue] complectitur, & à diuinæ iræ ardore regit, imo & obdurbationis glacies,

Eccles. 43. flante dæmoni per Aquilonem significato inducta, ab hac nebula dissoluitur Ecccl. 43. quemadmodum cap. 25. diximus. Eidem Deiparam, congruit & illud Ipsi. 4. Et tabernaculum erit in umbraculum disi ab astu, & in securitatem, & absconsonem à turbine, & à pluvia; Deiparam enim per tabernaculum significatam diximus cap. 5. qua ab astu ardoris concupiscentie, seu ab astudiis vindictæ defendimur, qua etiam nos tutatur à tentationum, & perturbationum procellis.

Denique hoc spectant non solum quæ cap. 16, de Virginis misericordia, sed etiam quæ

cap. 24, de Virginis fortitudine contra demones diximus, & quomodo sit turris David, firmissimum, ac tutissimum omnibus perfigi.

DEIPARA EST MEDIATRIX nostra ad intercedendum.

*H*inc est, quod Virgo sanctissima peculia quædam ratione à Sanctis dicuntur. Mea diatrix nostra, non quidem ad redimendum, dicunt quod ex S. Thoma 3. part. qua st. 26. art. 1. mea vero unius Christi Domini munus est, sed eminentissima quædam ratione pia alij Sanctis ad S. Thomam intercedendum, & impetrandum; de quo egregie contra hereticos Canis lib. 5. de B. Canis Virgine, cap. 2. Sancti Patres eam Mediatrix vocant (nam & hoc ad munus Adiectæ spectat.)

S. Ephraem de laud. Deip. Ave, inquit, Dei, Ephraem & hominum Mediatrix opima, Ave tollis iurarum orbis conciliatrix efficacissima.

In Missa Æthiopum sic habetur: O verbi Mediatrix ante Dominum nostrum Iesum Christum, te supplices exoramus, ut memor fieris.

Damascenus orat, 1. de dorm. Mediatrix munere eam personam dicit.

Anselmus de excell. Virg. cap. 9. Quia, inquit, Anselmus laude digna est, que ianitorum beneficiorum sola præcunctus effici meruit Mediatrix.

Bernardus sept. leim. 2. de Aduento: Domina, inquit, nostra, Mediatrix nostra, Aduocata nostra, & iter. 1. de Assumpt. ipsa est, inquit, Mediatrix nostra, ipsa est per quam suscepimus misericordiam tuam Deus, ipsa per quam & Dominum nostrum Iesum Christum in doros nostras excipimus. & iter. Signum magnum. Age gratias ei, qui talen tibi Mediaticum benignissima miseratione praeditus. & Epistola 274. Utare gratiam inuenientem, mediaticum salutis, restitutricem seculorum.

Arnoldus Carnotensis Bernardo familiatus in tract. de laud. Virg. & habetur tom. 6. Bibliotheca sanctorum Patrum: Habet, inquit, homo mediatorem causa sua filium ante Patrem, & ante filium matrem? Christum patre offendit latum, & vulnera; Maria Christo peccatum, & vbera, nec potest ullo modo esse repulsa, ubi concurrit, & oranti omni lingua dicitur hoc clementia monumenta, & charitatis insignia, hæc ille.

Albertus super missus est, cap. 5. Cifor, Albertus inquit, illa omnibus creaturis, regem gloria, quæ in se

en se suscepit, per colum mundum communicavit, collocauit, & tanquam familiarissima mediatrix totum mundum sibi reconciliauit. sic ille.

*Bonaven. Gen. 6.
Bona ventura in speculo, cap. 8. Maria, inquit, fidelissima mediatrix salutis, veluti fidelissima columna inter summum Noe & mundum spirituali diluvio submersum. Eua autem, veluti coruus in diluvio infidelissima mediatrix fuit perditionis, &c. c. 9. Maria, inquit, propter nos bene comparatur Aurora, ipsa nobis est ad Deum mediatrix, ad Angelos pacificatrix, ad demones defensatrix, ad nos ipsoe illuminatrix. hæc ille, qui singula explicat, & probat: vult enim Virginem veluti Auroram esse optimam mediaticem inter noctem, & solem, & inter hominem inustum, & iustum Deum, cuius iram refrigerat atque mitigat. Idem in hymno Te matrem Dei laudamus: *Tie, inquit, mediatrix Dei, & hominum amatrix.**

B.Lauren. Beatus Laurentius Justinianus sermone de Iustinian. Annunciatione: Effusa, est, inquit, interuenientrix mundi, demopum fuga, peccatorum p̄ses, Dei & hominum verissima mediatrix.

*S.Antoni. Sanctus Antoninus 4. part. titul. 15. cap. 44 §. 2. docens beatam Virginem omnes ad Deum reducere: *Ipsa sola, inquit, omnes inferiores reduxit tanquam mediatrix reconciliationis, & adjutrix redēptionis, & Angelorum numerum restaurauit, & subuenit ruina ante consperatum Domini, ut dicitur in figura de S. Iudith, c. 13. & hominem lapsum renouauit ad superos.* hæc S. Antoninus.*

*Nos ergo si Virginem apud Christum nobis adesse velimus, nobis illam Advocatam unam ex omnibus maxime diligamus: is enim Advocatus est diligendus, qui auctoritate apud Principem valeat, sitque illi gratus, ac velit causam rei tueri: talis est Deipara mater summi Judicis propter suum insignem meritum, & propereissimam erga nos voluntatem; præfertim quia ex sua pietate quando hoc Advocate nomine compellatur ad opem nobis ferendam maxime commoveatur. Quod in reuelationibus B. Gertrudis lib. 4. cap. 53, aperiè perp̄cipitur, quæ cùm in festo Nativitatis B. Virginis ad Completorium cantaretur Salve Regina, inter alia hæc videlicet narratur his verbis: *Cumque Gertrudis per verba illa, Eia ergo Advocata nostra, benigissimam matrem in suum auxilium inuocaret, rudebatur ipsa mater inclita velut funibus quibusdam validis & taliis inclinari ad eam, per quod intellexit, quod**

quoties aliquis ipsam suam aduocatam cum devotione nominando inuocat, per hoc nomen materna pietas eius in tantum commouetur, quod nullatenus se valet cohibere, quin benignè precibus illius acclinesur in illo verbo (illos tuos misericordes oculos) beatissima Virgo mentum filij blāgūs. *Salve Re-*
*de tangens ipsum versus terram inclinauit ad nos dicens, isti sunt misericordissimi oculi mei, ad quos omnes me inuocantes salubriter possum inclinare, unde & uberrimum fructum conequuntur salutis eterna. Hinc à Domino hanc percepit eruditio nem beata Gertrudis, ut ad minus quotidie matrem suam beatissimam per ista duo verba scilicet, *Eia ergo Adiuocata nostra, & illos tuos misericordes oculos, inuocares;* certa quod per hoc in hora sua nouissima novi mediocri solatum obtineret. hæc ex reuelationibus B. Gertrudis.*

DEIPARAE PATROCINIVM apud Christum esse efficacissimum.

*Q*uod autem spectat ad secundum, Virgine scilicet apud Christum intercessio. B. Virginem esse efficacissimam, de hoc eleganter preces a S. Bernardus serm. 1. de Assumpt. Ascendens, apud Deum inquit, in altum Virgo beata, dedit ipsa quoque efficacissima dona hominibus: *Quidni daret, siquidem nec maius facultas ei deesse poterat, nec voluntas; Regina Bernardi cælorum est, misericors est, denique Mater est uero B. Virgo nigenitus filii Dei: nihil enim sic potest potestatis maxima ejus, seu pietatis magnitudinem commendare, nisi apud Chréforie aut non creditur Dei filius honorare matrem suum pollet trem, aut dubitare quis potest omnino in affidum auctoritatis charitatis transisse Maria viscera, in quibus te ipsa, qua ex Deo est, charitas novem mensibus corporaliter requieuit.* hæc Bernardus. Bernardus Ex quo rectè intelligimus efficacitatem precum B. Virginis ex maxima ejus, qua apud Christum pollet auctoritate, & ex ejus propensa ad beneficia in nos conferenda voluntate proficiat, & licet efficaci argumento hoc loco id prober S. Bernardus, quia scilicet Mater est Dei, qui charitas est, & misericordia: hoc ipsum tamen idem Bernardus sermone Singnum magnum, alio argumento ex munere Mediaticis sic confirmat: *jam si Ecclesia, inquit Apoc. 12. luna intelligenda vides ut vocabula, quod videlicet non ex se splendet, sed ab eo, qui dicit, Sine me nisi sit nihil potest facere: habes Mediaticem euidenter ex pressam: Muuer, inquit, amicta sole, & luna sub pe-*

Fff 2 dibus